yakowa dcspowzdacz Jechadzcke zaczasze nim ex Capitulo napisacz yadzcsk.
napomnialem y. wthem pana Czarneckiego abyscie nimi miebozcikom
poradowal yodpal, bopewnie chcsich thego Jerm xx executorzie.
Dxatey Conwocatcy yz nicbylo nieschy 14 Jerm dzien pewno senatorow. mieroble
bez podanszka Posla wyselamy do Torn Diuschpiatka stronyz Kalow,
gotowzes Vniwersalam obwiesch Commissia na dzien Kolakow nastepuyz
kazan. Gotmiedzes dotka pan Bog dnam redzyy. pomowas wyazy dan

18

niechci tym niebespieczenstwom ktore nad nami wissą. Seym aż Zimie obieczowacz przydzie, iesli nass to czego zebacz trzeba nie pomiessa. W Moskwie Poatus y Zaruczki nastempuią y znacz dawaią że Crolewicz Jeron belly w dobrych terminach gdzieby upewnienie było o posilkach od nass. Smolensk iescze sie opiera. Daley wm mego mlecznego pana niebawiacz prosze racz wm bydz mem Mosc: wem panem w Warszawie dnia 10 July A° 1614

Wm.

Mego mlecznego pana
powolny Confrater y sługa
G. Włodeczki Cs. W.

19

+ 1614

Rndo Domino Ioanni Wieliczki Decano
et Officiali Sandomirien. dno et Confratri
obseruantmo

Nro 18 19

cun. 9. IX. 1659.

Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Nono
Die Nona Mensis Septembris.

Introductio Adm Rndi Lanckoronski ad Custodiam.

Adm Reuerendus Vespasianus Lanckoronski Sandomiriensis Canonicus Małogosten Præpositus Sacræ Regiæ Maiestatis Secretarius, ad Custodiam Sandomiriensem præsentatus & institutus, prout id docuit Literis Institutionis ab Illustrissimo & Reuerendissimo Domino Andrea Trzebicki Dei & Apostolicæ Sedis gratia Episcopo Cracouien Duce Seueriæ, emanatis authenticis, se ad eandem Custodiam & Ecclesiam introduci, postulauit, Et Venerabile Capitulum Visis & lectis Institutionis Literis præfatum Adm Reuerendum Lanckoronski per Illustres & Adm RR. Constantinum Lipski & Franciscum Czerniakowski Solenniter in Ecclesiam Collegiatam Sandom introduxit, eiq Stallum in Choro uocem & locum in Capitulo cum plenitudine iuris assignauit; realemq actualem & corporalem possessionem tam Spiritualium quam temporalium rerum Ipsi tradidit. Qui quidem Illustris & Adm Rndus Custos de pacifica possessione est protestatus.

Professio Fidei Eiusdem Adm Reuerendi Domini Custodis.

Illustris & Admodum Reuerendus Vespasianus Lanckoronski ad Custodiam Ecclesiæ Collegiatæ Sandomirien introductus, in præsentia præfatorum D.D. Capitularium Professionem fidei iuxta Bullam Clementis PP. fecit, & iuramentum de seruatis seruandisq statutis & Constitutionibus Ecclesiæ & Capituli. præsertim uero de Secretis Capitularibus non reuelandis, & Anno Gratiæ V. Capto pro fabrica Ecclesiæ restituen in forma amplissima iuxta statuta & rotham iuramenti descriptam præstitit. Et quia in Regni Negotiis ad Cæsaream Maiestatem discedat, Capituloq præsenti adesse non possit, ideo quæcunq Illustrissimus & Reuerendissimus

20

Dominus Episcopus Cracouiensis tempore Visitationis Suæ hic Sandomi:
riæ una cum Venerabili Capitulo ratione pensionum pro Residentibus Canoni:
cis decreuerit eadem Sese ratihabiturum obligauit.

Introductio Illustris & Adm Reuerendi Zbąski ad Custodiam

Anno 1665 Mercurij 9 Septemb in gli Capitulo

Illustris & Admodum Reuerendus Ioannes Zbąski Canonicus Gnesnen ad Custodiam
Sandomiriensem post resignationem Illustris & Admodum Reuerendi Dni Vespasiani
Lanckoronski eiusdem Custodiæ ultimi ac immediati Possessoris uacan in persona Adm
Reuerendi Venceslai Kostecki Canonici Sandomiriensis Procuratoris Sui Legitimi
uigore Literarum Institutionis ab Illustrissimo & Reuerendissimo Dno Andrea
Trzebicki Episcopo Cracouiensi Duce Seueriæ de data & actu Varsauiæ die deci:
ma Ianuarii Anno Currenti uidelicet Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo
Quinto emanatt, est admissus Susceptus & introductus, cum assignatione eidem
Stalli in Choro & uocis in Capitulo præuio tamen iuxta præscrum SS Concilii
Tridentini Super Catholicæ fidei professione de obseruandis legibus &
Consuetudinibus Capitularibus per Suprascriptum Procuratorem Ipsius
Corporali iuramento in Animam Principalis Eiusdem præstito. Insuper Idem
Procurator nomine Suprascripti Principalis Sui Summam Trecentorum floren
iuxta ordinationem Illustrissimi & Reuerendissimi Domini Episcopi Cracouien
Ducis Seueriæ & Bonis Custodiæ quotannis V Capto Soluturum Sese obligauit.

Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Octogesimo Nono
Die Prima Mensis Aprilis.

Introductio Illustris Domini Adami Sarnowski Custodis

Illustris Dominus Adamus Sarnowski post Liberam resignationem Illustrissimi
Stanislai Zbąski Episcopi Præmislien ultimi & immediati Custodiæ Sandom
Possessoris ad eandem Custodiam per Suum Legitimum Mandatarium uidelicet

Illustrem Dominum Stanislaum Ostrowski est introductus recepto prius ab Eodem Domino Mandatario Super Statutis Capli tum aliis de iure & obligatione Seruandis in personam Sui Principalis Corporali iuramento.

Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Nonagesimo Tertio
Die Nona Mensis Septembris.

Introductio Illustris Domini Potocki Custodis.

Illustris Dominus Theodorus Potocki Præpositus Præmisliensis Cracouiensis Canonicus ad Custodiam Ecclesiæ Sandomirien. morte Illustris olim Adami Sarnowski dictæ Custodiæ vltimi & immediati Possessoris uacan. in persona R. Domini Stanislai Ostrowski Canonici Sandomirien. Plenipotentis Sui Visis Literis Præsentationis & Institutionis est introductus præmissa per eundem Mandatarium Fidei professione, tum Super statutis & Legibus Capituli & soluendis Annuatim floren. centum uiginti intuitu Sextæ partis nec non Super solutione annualis Pensionis floren. trecentorum de Bonis Custodiæ, iuxta Decretum Illustrissimi & Reuerendissimi Andreæ Trzebicki Episcopi Cracouiensis Anno Dni. 1659 die Mercurii decima Septima mensis Septembris latum & iuxta Submissiones Illustrium D.D. Vespasiani Lanckoronski Stanislai Sbąski & Adami Sarnowski Custodum Sandomirien. tam capitulariter quam priuatim (prout id ex manuali obligatione Illustris Sarnowski euidenter patet) factas & recognitas Solui consuetæ, corporali iuramento in animam Principalis Sui præstito.

Ex Actis Actorum Venerabilis Capituli Ecclesiæ Insignis Collegiatæ Sandomirien. Sub Sigillo Eiusdem Venerabilis Capituli.

Andis Brolnicki
Canonicus Sandomirien.
V Capli Secretarius
mp

21

1659, 63, 89, 93

Introductiones Illustrissimorum Perillustrium et Reverendissimorum Vespasiani Lanckoronski Joannis Zbąski Adami Sarnowski Theodori Potocki Custodum Ecclec: Collta Sendomirien:

Cum juramento Satisfaciendi Statutis Decretis vpiu 6 tart. partium etc.

Nro 43 1.A.

Cracov:

Dñi et Redñi

12. VII. 1687

Prepositus Capitulum et Canonici Secularis et Collegiatæ Ecclesiæ Sandomirien (varoiuen) Diœc Exponunt hum[illi]me SS. VV. qd
alias Vidolici de anno 1659. Leo: me: Andreas tunc Epus (varoiuen) attente considerans qd Dignitates ac Canonicatus et Prebenda
inibi obtinentes ob distributionum quotidianarum defectum apud dictam Ecclesiam Sonaliter residere non solebant et propterea
horas Canonicas aliasq; divina officia celebrare negligebant, augendum divinum cultum 300. florenos polonicos annuatim ex
quibuscumq; fructibus Custodiæ Dignitatis ind[ict]æ Ecclesiæ non tamen præiudicialiter quam Vespasianus Landcorunski tunc obtinens ex
Canonicatu et Prebenda tunc vacantibus eiusdem Ecclesiæ qui prout etiam de Custodia de facto Regis Colonia ex fundatione Vel
dotatione eorundem quosq; Constantinus Lipski tunc obtinens prout de præsenti obtinet tres quartas partes omnium et singulorum fructuum eorundem
Canonicatus et Prebendæ cum vacabunt Regis Colonia nec non Canonicatum et Prebendam tunc obtinentium ordinarie
nentium ordinarie eius autem vicaria dispositioni Canonicali Mod[er]ni Sess. 24. cap. 15. quod dismembrari et separari illaq; omnino exempta
Capitulari eiusdem Ecclesiæ. Vtq; distributionum quotidianarum inter Dignitates initio obtinentes ac Canonicos eiusd[em] Ecclesiæ Sonaliter residentes et
divinis officiis interessentes equaliter dividendarum Vtq; de cetero Canonicum et Prebendam tunc obtinentes quadraginta dumtaxat panes
fructus ab eisdem Canonicis et Prebenda provenientes Procuratore administratore Vel Œconomo ariensi Capitularis tunc singulis annis percipere
et recipere possint, Vespasianus Vero plus post annum 1660. cius[dem] mensis Custodiæ siccoviensis 300. florenos tunc ab illius
successoribus illius fructus provenientes in distributiones quotidianas Vtq; plura convertendos Procuratori administratori aut Œconomo pro quibus
futuris temporibus solvere et numerare deberet ac etiam ex eisdem applicarii et appropriarii et Capitulum et Canonicos
cinctus Diœc[esis] ad Vnam de Conceptione B. M. V. Dies Sabbathi et alteram missas de requiem diis post obi-
Sigismundi Regis obitum pluribus diebus dicti Sa- et Dignitates inibi obtinentibus secundum ipsius
tionem et refrigerio animæ illius ind[ict]æ Pabia devoter celebrandas sub penis et censuris Canonicis et iuris subtenere et ob-
servari mandavit in litteris patentibus dicti Andreæ Epi quarum tenor inter alia continetur Nunc ijdem ore dicti illius fructus subsistam
Supplicant humiliter SS. VV. quatenus opportuna dismembrationis et applicationis statusq; confirmatione et Deus

Emo, et Rmo. Dno. Obsmo.

Non grauetur Emtia. Vra. super adiunctis precibus Prepositi, et Capitali Collegiatæ Sandomirien. Sacram Congregationem Concilij instructam reddere, ac prudentissimum animi sui sensum aperire, ipsasque preces remittere, Dum eius manus humillime deosculor.

Emiæ Vræ

Romæ 12. Julij 1687.

23

Humiliss. et Obedientiss. Seruitor
Card. Fr. Maria Conti Rmo Prefectus
A. Albricius [illegible]

gratis et quo ad sermo
Rmo. Nun. Poloniæ.

#

9. IX 1693

Anno Domini millesimo sexcentesimo nonagesimo tertio
Die Mercurii nona Mensis Septembris

Coram Officio Actisq praesentibus Consistorii Sandomirien personaliter constitutus, Admodum Reverendus Nicolaus Eminski Palochus Zopusnien Perillustris et Admodum Reverend Theodori Potocki Canonici Cracovien Praepositi Praemij Hien Custodis Instituti Sandomirien Principalis Mandatarius, coram Actis Consistorii Varsavien sub die Sabbathi vigesima nona Mensis Augusti, anno currenti legitime ad infrascripta constitutus, omnibus melioribus, quibus melius, firmius, validius & efficacius de jure forma, via, stylo potuit ac debuit modis, vigore clausulae cum facultate substituend in mandato constitutivo supradescripto sibi appositae, in locum sui Mandatarii Constituti, Illustrem & Admodum Reverendum Stanislaum Ostrowski Canonicum Sandomirien Praepositum & Officialem Radomien absentem tanquam praesentem, elegit & solenniter substituit Procuratorem & Mandatarium. Ad eiusdem substituentis nomine & pro eo ipso, literas institutionis ad Custodiam Ecclesiae Collegiatae Sandomirien morte & obitu Perillustris & Admodum Reverend olim Adami Sarnowski, Canonici Varsaviensis, Prae

24

positi Lecbijcen. illius ultimi & immediati Possessoris vacan. ad
praesentationem Sacrae Regiae Maiestatis, praedictae Custodiae
legitimi Patroni, de persona memorati Perillustris et Admodum
Reverend. Theodori Potocki, Principalis Constituenti, in Iudicio
Ordinario Episcopali Cracovien. facti, coram Venerabili Ca-
pitulo praedictae Ecclesiae Collegiatae Sandomirien. una cum
literis praesentationis exhiben. & producend. pro introductione
& installatione ad eand. Custodiam instand. juramenta circa
introductionem & installationem praestari solita in animam me-
morati Perillustris et Admodum Reverend. Principalis Constituen.
praestand. professionem fidei emittend. assignationem stalli
in Choro, loci et Vocis in Capitulo requiren. de pacifica posses-
sione protestan. aliaq. omnia & singula duntaxat circa in-
troductionem & installationem de jure & consuetudine obser-
vari solita, juris et facti remedia faciend. dicend. gerendum
exercendum peragendum, expediendum procurandum, exequendum
et quae ipsemet Substituens faceret, diceret, gereret, exerceret,
peragere, expediret, procuraret, et exequeretur, si praemissis prae-
sens interesset, etiamsi talia essent quae mandatum procurato-
rium substitutivum magis speciale, quam praesens est expressum
exigerent. (Salva apprehensione possessionis bonorum temporalium
praedictae Custodiae sibi Substituenti reservata). Pro-
mittens & Relevans & alias in forma mandati procuratorii Sub-
stitutivi plenissima & perfectissima. Praesenti Venerabili
Laurentio Obartowski, Psalterista Ecclesiae Collegiatae
Sandomirien. & me Joanne Dalewski Publico Sacra
Authoritate Apostolica & Actorum Consistorii Sandomi-
riensis

Ulensis Notario.

Ex Prothocollo Actorum Officialatt Consistorii Sandomiriensis sub sigillo Peri Illustris & Admodum Reverendi Domini Christophori Stanislai de Dembica Dembicki Juris Utriusq Doctoris Canonici Cracoviensis Sandomiriensis & Officialis Praepti Stobnicensis Regiae Mttis Scilicet Exhaust.

Joannes Dalewski Publicus Sacrae Authoritatis Aplicae & Actorum Consistorii Sandomiriensis Notarius.

25

1693

Plenipotentiæ
Custodis

Nro 20 l. J

Augustus II D.Ei gratia Rex Poloniæ Magnus D
Volhyniæ Podoliæ Podlachiæ, Liuoniæ, Smolensciæ, Seueriæ, Cze

4. X. 1709

Significamus præsentibus Literis Nostris, quorum interest Vniuer
Vrbis Præsidibus, eorumq; Subdelegatis, tum Venerabilibus ac Nobilibus Ca
ti, solenniter tam in Confinijs Regni ante felicissimam Coronationem n
Nris firmati Confirmauimus in Exordio Regiminis Nri omnia Priuileg
quorum placitis dissentire, aut dewgare quidquid nulla nobis voluntas fu
Incolis Regni, Magnique Ducatus Lithuaniæ, et annexarum Prouinciar
Casimiri, Regis Poloniæ, super Auulsione a Custodia et Canonicatu Sandomiriensi Fun
Reuerendissimo Andreæ Trzebicki et Joannis Malachowski Episcopor
Dni a nobis Consensus præstito, Catthegoricam declarationem, non posse nos n
mate Venerabili Capitulo Sandomirien. Datum Varsauiæ Die VII. Mensis Au
recto, tum et Literas Nras in fauorem Dismembrationis p dicta, idq;
ad p[re]sens nobis a Consiliarijs Nris, et Vnrbli Capitulo Sandomirien cum
ria habere indecisam, obstantibus solummodo quibusdam Literis Nr
Cultui Diuino, quem Venerabile Capitulum p latum ardenter promouet,
ratificamus, Declaramus, tenore præsentium, illis tantum Literis
tionis sæpedictæ, olim a Magco Carolo Comite de Jenczyn et Czekan
a Quoro Joanne Casimiro Odolski, nostro et Sigilli Regni Secretario
Regni Vti in Causis magnæ importantiæ fieri solet communit
ad ingressandum oblatæ sunt. alias vero quascunq; Literas n
reptitiq; Vrgentia Regnum Nrum belli Suetici fatali Crisi obn
Inclamus, mutatisq; Vtimur Subjcimus. In quorum fidem p[re]sentes
Varsauiæ Die Mensis Anno Dni MDC

Cum vero ad p[re]sens nobis inter media menta belli pro motiones
cultui Diuino Sacro intentis a Consiliarijs nris cum tenui auditu doloris, relatum sit Cau
Dismembrationis p[re]fatæ hactenus in Dalatia hærere indecisam, propterea mandabus Do
mentis luce clariora tamen videbatur Literas nras quibus dam, quid nris in contrarium illegitime obtentis
cuerimus fabricatis, in quibus Literis Vestris Regijs Casimiri illegitime obtentis, Duo
Ex indecisis Literis Dismembrationis inter Sandomiriensem et Cracouiensem Dioeceses

wielmożny miłościwe Kanoniku. Krew[illegible]cu, moy wielcemu Panie y Bracie.
Mam to sobie zaszczycie Znaiomości wmmk prozby tey okazyey I. P. O. y tak Lobz
ney intencyey (czy swoie smiecie) P. Bogu ofiarunąć, czy też fundunąć tego Leni
tencyarza barzo chwalebna teraźnieyszego czasu nowych fundacyi, tylko ze też
y znowego wynalazku y interesu domnie dziwno mi. Ktoregdy by był słuszney
tak wiele czasu Jmć miał Samey S. P. Rodzicielce męża mego, tak samemu
Kochanemu Mężowi memu wspomnać sie oto nie namnie Zwalać. Dose za mam
Bogu y światu iawno) z Jmuy, o czym Zamilczam, a to zas żadnym Zapisem
am sie obligiem Kapitule wmmbanstwa obowiązac nie mogę o żadnym nieiwem
y owszem Kto wie, iakie tam Karty, obligi czy kapiery, niż mozebyć zeby:
Konane u Jmć Zostały. Ktory iako nimi Zawładywał, tak nikomu Etego
rachunku nieda wiedz. I a zas dozywotnią Opiekunką Dzieci moich przy ma
cierzyństwie będąc, dosc ze wtych czasiech tak ciężkich próby Krolewskiey
samego Boga Sierot Opiekuna, Zostawić nie mogę sie na nie obligować prze
ciwnego im. To zas przez wszelkie obligu, iakoby sobie bydź zyskę w Krzywd
enoziu wmm Pana, tak przez Wkładania czyrego niesłusznego windy
kowania interesu. S. Modlitwom ay Pamięci Kapituły Sandomirskiey
Zalecaiąc sie Jestem Samego wmm Pana Życzliwą Siostrą ay Przyiaciołką
Dzieci moie przychylnie Zalecam wmk. Jadwiga Lanckorońska

Intitulacya Wielmożnemu Jmć X. Mikołaiowi Denhoffowi Kanonikowi
Krakowskiemu Probostowi ay Prezydentowi Kapituły Sandomirskiey memu
wielce miłemu Panu y Bratu.

w Olesznicy ay 4. 8bris. 1709.

Gdyscie podobało Sprawiedliwosci Boskiey pla
ctare nasze delicta, w Zamieszaney ceu turbine
Crisi fatali ogarnięci, plag nayciężkich flagello, mnie vkarata na ciężkie nad in
nych indignacyey wmmk P. D. auxerit: Za latemsie roku przeszłego 1708 grudnia 3 dnia Za
wzięty Zakonnik tameczny y zaraz wyszły Z tuley szego Wielkiego Postu gdzie wkl[illegible]
ie wrzmiwey, palono mnie y nie mysłem odpowiedzieć bodaiąc mu przybyły Krymskiemu, tylko
Vtrzymuiąc go na Smyslonych Bogacz[illegible] resztę hominis
nina słuszy: Res mea Dijs non esse curæ, esse vltioni

Cust.

14. Iv. 1717

Anno Domini Millesimo Septingentesimo
Decimo Septimo Decima Quarta Mensis Aprilis
Capitulum Generale Celebratt
In Actu Visitationis Celsissimi Principis Illustrissimi et Revezendmi Domini Dñi Casimiri à Lubomirski Lubienski Episcopi Cracovien. Ducis Severiensis Prælatibus. Ceteris Illustribus et Rndis. Illustribus et Rndis Dñis Nicolao Dönhoff Præpto. Dominico Lochman Decano. Nicolao Piotrowicki Archidiacono. Casimiro Opolinski Cantore, Andrea Olszowski, Joanne Gallis, Sebastiano Lubieski, Michaele Wodzicki, Valentino Piotrowicz, Josepho Paycynski. Joanne Siwerth Jacobo Orzechowski, Bartholomæo Sulkowski, Joanne Baranowicz. Canonicis Joannis Gallis Jacobo Potocki Custos Exhibitus Sandomiriæ tam per Deputatos Canonicos qm per Lras missivas de Suis Procuratoris registrus Submissionibus Suis Canonicis Titulariter datis, ac Decreto Illmi Loci Ordinarij firmatis et approbatis rte in Solutionis Lytri pro Exercitu Svetico imposit Anni gratiæ et Sexterni partiu ab actu Introductionis sui et Illmi Antecessoris, tum Missalium aliarumq Censionum ad summ Sex millium Trecentorum octuaginta novem flor grossi decem ascendens huiusq tri pervenit. Pro cuius Decreto Judicij Ordinarij sub Die Mercurij Vigesima Mensis Januarij millesimo Septingentesimo Decimo Quinto Lato quo mediante Bonorum Custodiæ Sequestratio è injuncta eiusmodi rigore Sequestri mediante declaratione Celsissimi Principis Actualiter Visitantis relaxandi et exequendi esse Vobis ipsum censuit prout relaxat et exequi et ad eum effectum Dominum Joannem Gallis Cancellarium Sandomiriæ Scripsit Wlodzimiriæ et Rndum Ludum Michaelem Siwiatski Vicarium Perpetuum Sandomiriæ in solidum cum omnimoda facultate Bona, Decimas, et quosvis Proventus dictæ Custodiæ Sandomiriæ Sequestrandi fructus et reditus eosd percipiendi usq ad extenuationem Summæ tam per Illmum Antecessorem qm per modernum Perillrem Custodem Sandomiriæ Ecclesiæ Collegiatæ ejusdem Capituli Solvi debitæ
Ex Actis Venerabilis Cleri Ecclesiæ Insignis Collegiatæ Sandomiriæ extractæ et Sigillo ejusdæ communitæ.

Jacobus Orzechowski Canc Sandomiriæ
et V. Capituli Secretarius, mpa

24

1727
El Capitulo de Sequestrar
dos Custodios rno Lytri
ordinat

Nro 261.9

4. IV 1731

Anno Domini Millesimo Septingentesimo Trigesimo primo, Die verò Mercurij, quartâ Mensis Aprilis, Varsaviæ.

Pro Ill.mo ac Rev.mo Dño Michaële Kunicki Episcopo Arsionen. Suffraganeo Archidiacono Cracovien. Custode Sandomirien. originaliter Citato, Appellato, ad præsens Actore; contra Illrem et Mag.cum Joannem Małachowski Capitaneum Opocznen. Bonorum Końskie et Rogowo Hæredem ac Possessorem, originaliter Appellantem, ad præsens Citatum.

Coram Perillustri ac Reverendissimo Domino Petro Francisco Giannini Juris Utriusque Doctore, Prothonotario Apostolico, Curiæ Illustrissimi, ac Reverendissimi Domini, Dñi Camilli Paulutij Sacrosanctæ Lateranensis Ecclesiæ Canonici, Utriusque Signaturæ Referendarij, DCI et Apostolicæ Sedis gratiâ Archiepiscopi Iconiensis, Sanctissimi Domini Nostri, Dñi Clementis, Divinâ Providentiâ Papæ, ejus Nominis XII. Prælati Domestici, et assistentis, ejusdemque, et Sanctæ Sedis Apostolicæ, in Regno Poloniæ, et Magno Ducatu Lithvaniæ, cum facultatibus Legati de Latere Nuncij, Generali Causarum Auditore et Judice comparuit personaliter Nobilis Petrus Jastrzemski pro suprascripto Ill.mo Actore Principali, in termino ex conservatione officiosa, atque præfixione judiciali, mediante Decreto anteriori in Causa præsenti sub die octava Januarij, Anni curren. pronunciato, atq; demum ex prorogatione ejusdem termini similiter per aliud subsequens Decretum sub die quintâ mensis præterlapsi Martij facta provenien. contumaciam supbi Ill.ris et Mag.ci Citati, quatenus non comparentis, nec Juramentum corporale ad effectum, de quo in Actis, in Causa hujusmodi ad tenorem, et rotham in præmemorato Decreto sub die octavâ Januarij, Anni moderni emanati præstan., vel de eodem intra terminum præfixum præstito docen. accusavit, et in ejus contumaciam; siquidem præfatus Mag.cus Appellans, modernus Citatus possessionem exactionis Decimarum

28

manipularium ex agris, et Araturis Cmethonalibus supraexpressorum Bonorum Końskie et Rogow seu Rogowa Wola nuncupatt. Hæreditatis et possessionis ejusdem existen. ad Prælaturam Custodiæ Sandomirien. vigore Erectionis spectan. et provenien. negando, nec Quietationes de perceptis et exactis ijsdem per Illmos Custodes Antecedaneos post factam earum Solutionem, et quotâ pecuniariâ redemptionem traditas producere, atque exhibere curavit; Ipsum pro Confesso, ac convicto declarari, ac terminum pro Servato in Causa hujusmodi ex Appellatione à Judicio Ordinario Archiepiscopali Gnesnen. per Illrem ac Magcum modernum Citatum interposita, et devoluta, ac prosequi neglecta, in gradu ejusdem Appellationis coram Tribunali præsenti Apostolico indecisa pendente, habitum aperiri, et benè Judicatum per præfatum Judicium Ordinarium à Quo malè verò appellatum per præfatam adversam Partem fuisse et esse pronunciari; approbatoq; et confirmato eodem Judicato, tum obligato ad refusionem expensarum Litis Illri et Magco Citato: Causam cum Partibus ad præmemoratum Judicium à Quo pro executione remitti, Jusque et Justitiam super præmissis suo Illmo Dno Principali omni meliori modo ministrari postulavit. Salvo &c.

Præsente Nobili Hiacyntho Makowski suprascripti Illris et Magci Joannis Małachowski Capitanei Opocniensis Bonorum Końskie. Rogowo Hæredis et possessoris Principalis Appellantis Procuratore, Salvis &c. Suum Illrem et Magcum Principalem huc Varsaviam ad præstandum Juramentum sub die Lunæ, octavâ Mensis Januarij Anno Currenti per Illmum ac Rcumum Michaëlem Kunicki Episcopum Arsionensem Suffraganeum Archidiaconum Cracovien. Custodem Sandomirien. delatum juxta Rotham in Decreto Tribunalis præsentis Apostolici sub præexpressa die prolato descriptam descendisse, atque maturâ deliberatione præmissâ, factâque revisione omnium Scripturarum et Documentorum ad Bona memorata sese regulantium, idem Juramentum paratum præstare eumdem Illrem et Magcum Suum Principalem declarante. Salvo &c. omni &c.

Die Sextâ Aprilis. 1731.

In Cancellaria.

In Cancellaria Tribunalis Nunciaturæ Apostolicæ Regni Poloniæ præsens et personaliter comparens Ill.ris et Mag.cus Dnus Joannes Małachowski Capitaneus Opocznensis, in paritionem Decreto Tribunalis præsentis Apostolici sub die lunæ, octavâ Mensis Januarij, anno currenti prolato, flexis genibus, ac positis ad Imaginem Crucifixi Domini Nostri JESU Christi duobus digitis, Juramentum corporale præstitit, juravitq; juxta hanc, quæ sequitur formam = Ego Joannes juro Deo Omnipotenti, quod penes me non habeam, nec dolo desierim habere, nec quocumque modo sciam, penes quem, seu quos reperiantur Quietantiæ, et alia Jura in Actis enunciata, ad instantiam Perill.ris ac Rev.mi Dni Michaëlis Kunicki Episcopi Arsionensis, Suffraganei Cracovien. sic me Deus adjuvet, et hæc Sancta Christi Passio. = Præsentibus Cancellariæ Scribis, atque me infrascripto.

Stephanus Skwarczyński Vice Cancellarius.

Tandem eodem quo supra Nobili Hiacyntho Makowski memorati Ill.ris et Mag.ci Joannis Małachowski Capitanei Opocznen. Procuratore, adhærendo suprascripto Juramento per eumdem Ill.rem et Mag.cum Principalem præstito per Ill.mum Custodem specialiter delato, ac Litis præsentis occasione Decimarum ex Villa Końskie et Rogowo prætensarum decisivo inhærendo, quoque Quietantijs de dictis Decimis Ecclesiæ Parochiali Końscen. plus quam per quadraginta Annorum spatium persolutis, nullaque investigatione compertâ super Decimatione à Sæculis per Ill.mi Custodis Antecessores in dictis Villis, minimeque attentâ Confessione Ad.m Rnd.i Kozanecki Parochi Końscensis in Actis Judicij à Quo enunciata præjudicans Tertio nempe suo Ill.ri et Mag.co Principali, qui dictas Decimas ultra justum pretium in notabili quantitate pecuniaria ducentorum quinquaginta florenorum Polonicalium contemplatione duntaxat sustentationis Rectorum Ecclesiæ suæ persolvit, quas, si in manipulis perciperent, similem quantitatem pecuniæ ex venditione habere nequirent, tum quod eadem Confessio dicti Ad.m Rnd.i Kozanecki sub Censuris Ecclesiasticis per Judicium à Quo

à Quo extorta in Processu dignoscitur: tum quia in erroneo supposito recognita, ac si ad illum Decimæ ex Prædijs (: quod unicum tantùm in dictis Villis reperitur:) spectare deberent: quæ Confessio, quod erronea sit, manifestè apparet, siquidem per Documenta non justificatur, quinimò ex Jure petendi, Ill.mi Custodis Villam Końskie supra quinquaginta Laneos Cmethonales locatam fuisse, et Villa Rogowo decem, de omnibusquè Decimas ad Custodiam pertinere, quas Decimas ad præsens in petitorio Ill.mus Custos, stante antiquissimâ Possessione perceptionis dictarum Decimarum per Parochos Końscenses, et præscriptione, assistente pro titulo, Jure communi, quod in dictis Villis Curam animarum habeant, et Sacramenta Ecclesiastica administrent, legitimè ad formam Cap. ad Aures Lib. 2. tit. 26 de Præscriptt.: introducta vindicare non potest, cum juxta textum Citati Capituli melior sit conditio Possidentis, quia quadragenalis præscriptio omnem prorsus actionem excludat. Quarè ex præmissis et alijs oretenùs illatis rationibus benè appellatum, malè verò per Judicium à Quo judicatum adinveniri, Sententiam dicti Judicij tolli, cassari, et annihilari, Ecclesiam Końscen. in possessione Decimarum de Villis suprascriptis manuteneri, et conservari postulante, aliàs à contrario Decreto ad Sanctissimum Dominum Nostrum Papam Clementem XII. Sanctamquè Sedem Apostolicam Appellante. Salvo &c omni &c

In Oppositum præsente eodem quo supra Ill.mi Actoris Procuratore, Salvis &c protestando &c Siquidem per Suprascriptt. Juramentum ex adverso expletum magis firmetur confessio in Actis Causæ in Prima Instantia gestis per Rnd.m Josephum Kozanecki Parochum Końscensem emissa super eo: quod Ipse Decimam ex agris Cmethonalibus Villarum Końskie, et Rogowo ad Custodiam Sandomirien. spectantem non percipiat, nec perceperit, aut pro ea solutionem aliquam pecuniariam, sed Magnificus præfatus Hæres, ejusquè Aula illam pro se tollat usurpativè, et Ipse non nisi pro alia Decima respectivè duntaxat ex agris Prædialibus ad ejus Ecclesiam Parochialem Końscen. pari Jure Erectionis spectan. florenos ducentos quinquaginta solutos annuatim

habuerat

habuerat, cuique Antecessores Parochi habuerant, et ex ijs duntaxat Quietationes producat: quæ Confessio ad tramites Erectionis Ecclesiæ Parochialis judicialiter recognita, cum maturitate Causa per plures terminos retrò observatos progressa, in subsistenter adstruitur ex adverso ac si in supposito erroneo emanasset, cum idem Parochus cognita Jura Ecclesiæ propriæ habens, ad quæ porrigantur, et de facto suo proprio unde, et pro quo quantitas pecuniaria dictæ Annualis responsionis pro Decima prædiali Ipsi consignabatur, optimè informatus Quietationes non Cmethonibus, à quibus veniunt Decimæ Custodiæ Sandomirien, sed Hæredibus eorumque quovis titulo vice possidentibus nomine Decimarum ~~manipularium~~ Prædialium juxta suam Erectionem Ecclesiæ Parochialis, et ad tenorem illius percepti dederit, manifestèq; apparet argumentum Partis Contrariæ supposito erroneo laborare inexcusabiliter, quo contra Jura hinc indeclaram demonstrativam pertinentiæ suarum cuique Decimarum distinctam resonantia, proprio sensu et verbis à Jure non adminiculatis nititur, et Spolium Decimarum pro Custodia Sandomirien provenien per Hæredes Sæculares Bonorum, Juris decimandi incapaces per associationem ad Causam Parochi Horiscen, sua sorte ex Prædialibus agris Jure expresso Ipsum concernen contenti, attentatum, simulatâ præscriptione palliare contendit, ea verò per Confessionem Parochi ex Actis Causæ resultatem penitùs eliditur, post quam omissam idem Parochus se à Causa hac sejunxit, et illi non amplius se associavit, sed duntaxat ex parte sui Illmi Principalis quà Custodis Sandomirien adversus Magcum Małachowski Capitaneum Opocznen supranominatum quà Hæredem et Possessorem Bonorum supraspecificatorum nulliter usurpantem Decimas Cmethonales, prout incepta fuit, continuatur, cui non suffragatur allegatum C. ad Aures de Præscriptt. statuens

unam

unam Ecclesiam in Parochia alterius Decimam præscribere posse, quod in hypothesi præsenti incongrue, et minus aptè ex parte suprascripti Magnifici Hæredis Bonorum Końskie invocatur Authoritas dictæ Decretalis, quæ se non extendit ad Speciem quæstionis præsen, cum etiam in puncto Controversiæ inter Ecclesias, ut præfertur ipsas, ea nudè allegata præscriptio non subsistat, ut ibidem Ros. ad præcitatum Capitulum ad aures, ~~in 6~~ manet verb. additio: quia hodie magis attenditur textus apertus ut est c. 1. de præscr: in 6. ubi titulus est necessarius, vel tantum tempus, de cujus initio memoria non extet disponens, quod ipsum et S. Rota in occurrentia similis thematis Causæ observat, et amplectitur, ut invenitur resolutum in Toletana Decimarum coram Seraph. decis. 802. n. 1. et coram ubal. dec: 203. part. 3. recent. Quamobrem ex præmissis, et alijs verbo fusius illatis, non obstantibus ex Adverso allegatis, quæ nec in facto, nec in Jure regunt, ut supra decerni petente. Salvo &c. aliàs &c.

Qui Reverendissimus Dominus Auditor Generalis sedens &c. auditis &c. Terminum habuit pro Servato. Et ita &c. omnis &c.

Stephanus Skwarczyński Vice Cancellarius.

Quem terminum pro Servato habitum aperiendo præfatus Reverendissimus Dominus Auditor Generalis, et Judex &c. Dedit ad Acta hujus Tribunalis Nunciaturæ Apostolicæ Sententiam propriâ ejusdem manu scriptam et subscriptam tenoris sequentis:

In Causa et Causis, quæ coram Nobis in Secunda, seu alia veriori versa fuerunt, et vertuntur Instantia; inter Illrem, et Magcum Joannem Małachowski, appellantem, ex una; et Litis &c. atque Perillrem ac Reumum Dnum Michaëlem Kunicki Suffraganeum Cracovien, et Custodem Sandomiriensem, Appellatum, ex altera Partibus; de, et super prætensa Præscriptione Decimarum Manipularium Cmethonalium ex Villis Końskie, et Rogowo provenientium, favore Ecclesiæ Parochialis Końscen,

intra

intra cujus fines prædictæ Villæ sitæ sunt, rebusquè alijs, de-
quibus in actis aggrediendo merita Causæ: Dicimus, de-
claramus, ac definitivè sententiamus competijsse, et competere
præfato Perill.ri et Rev.mo Dno Suffraganeo Cracoviensi,
quà Custodi Sandomiriensi jus percipiendi Decimas
manipulares Cmethonales ex Villis Końskie et Rogow
provenientes ad formam Erectionis dictæ Custodiæ resul-
tantis ex Libro Beneficiorum Vnblis Capituli Insignis
Collegiatæ Sandomiriensis, de Anno millesimo Quadrin-
gentesimo Quadragesimo confecto: et pro hujusmodi effe-
ctu, mandatum de manutenendo, et quatenus de redin-
tegrando percipiendi in futurum à Cmethonibus dicta-
rum Villarum Końskie et Rogow, Decimas manipula-
res ad formam prædictæ Erectionis, Ejusdem favore de-
cernimus, et relaxamus, ac exequi volumus, et mandamus.
Quò verò ad dictas Decimas in anterioribus Annis decursas
à die captæ possessionis Custodiæ Sandomiriensis per
suprascriptum Perillrem ac Rev.mum Dnum modernum
Custodem; Jura Ipsi reservamus agendi in suo congruo
Judicio contra earumdem Detentores; nec non pro earum-
dem Liquidatione. Ac demum quò ad expensas sequutas
tam in Prima, quàm in Secunda Instantia (: justis de
causis animum Nostrum moventibus :) præfatum
mag.cum Małachowski in earumdem medietate conde-
mnamus; quarum taxam Nobis, vel cui de Jure reser-
vamus. Et ita Dicimus, declamus, ac definitivè sen-
tentiamus non solum præmisso, sed et omni &c.

Ita pronunciavi: Ego Petrus Franciscus Giannini Auditor
Generalis et Judex &c.

Lata, lecta, et publicata &c.

Stephanus Skwarczyński Vice Cancellarius.

Motiva autem hujus Sententiæ fuerunt infrascripta.
Allegata namquè Præscriptio controversarum Cmethonalium

Decimarum ex Villis Końskie et Rogow provenientium favore Ecclesiæ Parochialis Konscensis corruere primò visa est ex Confessionemet moderni Parochi facta in Actis Prioris Instantiæ, ibi= Suptus Citatus Comparens ex quo sibi constare nullatenus potest, utrum Decimæ Cmethonales subintrant in solutionem quotæ superiùs specificatæ per Curiam solvi solitæ; proindè ad producendas Quietationes Magcum Hæredem, et alias defensas si, et inquantùm reperibiles obligari, et interim Causam præsentem suspendi expetijt= Et aliàs, quod easdem Decimas Cmethonales in manipulis Curia percipiat, intulit.= Et inferius sub eodem Actu, ibi= Tandem suprascriptus Comparens Citatus, adhærendo illationi superiùs factæ, quod Curia percipiat in manipulis Decimas Cmethonales, sibiquè Jure assistente ex Prædialibus competere, pro quibus solutionem pecuniariam in quota ducentorum quinquaginta florenorum percipit, allegavit=

Quâ positâ moderni Parochi Confessione: quod Curia percipiat Decimas à Cmethonibus extradendas, frustra prætendit Magcus Malachowski Bonorum Końskie, et Rogow Hæres et Possessor præscriptionem controversæ Cmethonalis Decimæ. Cum enim similis Præscriptio induci nequeat, nisi in casu, quod una Ecclesia præscribat Decimas in Parochia alterius Ecclesiæ, iuxta text. in cap. de quarta. Cap. veniens. et cap. ad aures. de Præscript. n. 9. vers. Item. Licet Laicus. Balb. in tract. de Præscript. in prima parte quintæ partis principalis, quæst. 7. n. 13. vers. Secunda Quæstio.- Et per consequens, quod una Ecclesia præscribat Decimas ad aliam Ecclesiam in Erectione assignatas, cùm similis Præscriptio Juri Divino non adversetur: quia nihil refert, an potiùs hæc, vel illa Ecclesia Decimas habeat. Cap. cum Apostolica supra de his, quæ fiunt à Prælat. Secundum Abbat:

hic in 2.

hic in 2. Notab.: Dummodò tamen concurrat Quadrage-
naria cum titulo, vel spatium tanti temporis, ut de con-
= trario non extet memoria, per text in cap. 1. de Præscript.
= Lib. 6. ubi Gloss. et DD. not. et ex facto respondit, Cardin.
= Cons. 88. incip. Capitulum Civitaten. n.º 1. et seqq. plenè
= Balb. Loc. cit.º et Covarr. Lib. 1. variar. resolut. cap. 17.
= n. 7. et resolvit Rota. cor. Card. Seraphino decis 802. n.º 1.
= et decis 1404. n.º 3. et cor. Card. Ubaldo. decis. 203. p.º 5. recent.
Si enim Curia juxta Parochi confessionem, percepit con-
troversas Cmethonales Decimas, ista Præscriptio non habu-
it exordia ex facto Ecclesiæ, vel Parochorum, quatenùs
prædictas Decimas præscribentium contra aliam Ecclesi-
am, sed ex facto Curiæ, hoc est Hæredis Laici Bono-
rum tales Decimas percipientis, qui easdem præscribere
= non potuit, quia nequivit illas possidere. Cap. Causam
= de Præscript. Cap. Sacrosancta, et Cap. Massana, de
= elect. Fagnan. in 3.um Decretal. ad cap. cum contingat.
= de Decimis n.º 4.º
Fortiùs verò, quia examinatis plurimis Quietantijs Parocho-
rum productis pro parte Mag.ci Malachowski incipien.
ab Anno Millesimo Sexcentesimo Nonagesimo, ad annum
Millesimum Septingentesimum Vigesimum Sextum, in
nulla earumdem apparuit quietatio de Decimis mani-
pularibus Cmethonalibus ex Bonis prædictis Końskie et
Rogow provenientibus, perceptis, sed tantum de Deci-
mis Ecclesiæ Konscensi spectantibus. Cum enim in Suptis
Bonis Końskie et Rogow sint et Decimæ in Erectione assi-
gnatæ de directo pro Ecclesia Konscensi: si Parochi quie-
tarunt, ut supra de Decimis ad eorum Ecclesiam spe-
ctantibus, inferri nequit, quòd in summis perceptis qui-
etaverint etiam de Cmethonalibus, cum actus ab uno
gestus

gestus non extendatur ad non expressa.

Præsertim verò, quia cum Sæpedictæ Cmethonales Decimæ non à Curia, seu à Domino Hæreditario et Possessore Bonorum Suptorum essent percipiendæ; non potuerunt Parochi dictum Dominum hæreditarium quietare de una re, pro cujus extraditione contra Ipsum agendi nullum jus habebant, quia à Cmethonibus, seu laboriosis dictarum Villarum consequi debuissent, Ipsosquè de directo quietare.

Nil demum relevare visum est objectum inter informandum Excitatum pro parte prædicti Magci Małachowski, quòd nimirum in quota pecuniaria florenorum ducentorum quinquaginta solvi solitt annuatim ab Ipso Parocho Końscen comprehendatur integer valor omnium Decimarum tam Prædialium, quàm Cmethonalium è Villis Końskie et Rogow provenientium: admisso enim et hoc, non posset tamen dici præscripta Controversa Cmethonalis Decima, quia non potuit præscribi ex facto Laici Hæredis illam, quatenus à Cmethonibus percipientis, illamquè Parocho de tali re inscio (: ut supponendum est:) solventis, ut prætendit. Præscriptio enim ut supra notavimus § si enim Curia = induci nequit ex facto Laici, sed tantum ex facto Ecclesiæ contra aliam Ecclesiam præscribentis, concurrente Quadragenariâ cum titulo, vel immemorabili, ut § anteriori = Quâ positâ, firmatum est = si namquè Parochi, quorum Quietationes dantur, conscij fuissent, quòd in summa ducentorum quinquaginta florenorum comprehenderetur æquivalens Decimarum tam Prædialium, ipsis competen vigore Erectionis, quàm Cmethonalium vigore præscriptæ possessionis earumdem contra Custodiam Sandomiriensem, nil naturalius, quòd in datis Quietantijs specificassent satisfactionem obtentam de Prædiali, ac de Cmethonali, et non tantum quietassent pro Decima ad eorum Ecclesiam

spectante

spectante, cum ista dictio referatur ad Decimas Ipsis titulo directo competentes vigore Erectionis, non verò ad alias, quas, si præscripsissent, non debebant consequi à Bonorum Hærede sed ab Ipsis Cmethonibus, seu saltem specificassent, quod per manus Hæredis Bonorum percepissent etiam Decimas à Cmethonibus ipsis extradendas.

Nullius tandem roboris pro assumpto Appellantis firmando visa est ultima Quietantia producta sub Datt quartâ Februarij, Millesimo Septingentesimo Trigesimo, in qua apparet quietatio facta à Parocho pro Decimis provenientibus ex agris tam Prædialibus, quàm Cmethonalibus Villæ Końskie; talis enim Quietantia cum sit unica, et pendente Lite data, nullum statum contrarium inducere potuit. Et ita &c salvo &c

A quo Decreto, seu Sententia Nobilis Dominus Makowski ad Sanctissimum Dominum Nostrum Papam, Sanctamq; Sedem Apostolicam Appellavit. Salvo &c omni &c

Et Reverendissimus Dominus Auditor Generalis, qui supra, hujusmodi appellationem refutavit. Et ita &c omni &c

Stephanus Skwarczyński Vice Cancellarius.

Ex Prothocollo Actorum Nunciaturæ Apostolicæ extractum, et Sigillo Illustrissimi, ac Reverendissimi Domini Dni Camilli Paulutij Archiepiscopi Iconiensis, et Nuncij Apostolici, in Regno Poloniæ &c communitum.

Stephanus Skwarczyński Pub.cus Sacrâ authte Aplicâ Notarius, et Causarum Nunciaturæ Aplicæ Suptæ Vice Cancell.s

cupp

Decretum S. Nunciaturae
pro Decima in Monasterio
ad Custod. Sent.

21. VII. 1749

Annô Domini millesimô, septingensimô, quadrasimô, nonô
Die Lunæ vigesimâ primâ Julii.

Coram Perillustri & Reverendissimo Domino Valentino Pruski, Ecclesiæ Cathedralis Cracoviensis Canonico, Judice Surrogato, in publica Causarum audientia comparens personaliter nobilis Adalbertus Mysłowski, Illustris Admodum Reverendi Joannis Radwanski, Ecclesiarum Collegiatæ Scarbimiriensis Canonici, Parochialis Mikluszovicensis Curati, uti proventuum Custodiæ Sandomiriensis Commissarii Actoris Procurator, in termino hodierno ex actis, & conservatione illius, die Lunæ septimâ Mensis & Anni currentium, judicialiter factâ, & connotatâ provenienti, inhærendo Inquisitionibus Testium juratoriis, necnon revisioni agrorum, in Causa: occasione usurpationis Decimæ manipularis ex agris niwa dictis, naturâ Cmethonalibûs, necnon Hortulaniis villæ Jedlna, Item ex agris post villam Laskowa versus villam Jastrzębie, & aliis intra vias publicas villarum Brzoska

& Swierze. Item ex agris post Vivarium vulgò Zwierzeniec versus Koziennice, & circa viam publicam Skaryszoviens. jacens. naturâ Cmethonalibus provenien. ad præfatam Custodiam Sandomiriensem spectan. & pertinen. per Dominos Commissarios à Iudicio præsenti deputatos in loco loci expeditis, ex quibus quoniam plenè deducitur agros Niwa dictos post villam Laskowa versus Iastrzębie, necnon intra vias publicas villarum Brzoza & Swierze, tum & pariter circa viam publicam Skaryszoviensem, videlicet Szymankowa, Warchołowa, Szpakowa, Gołkowa jacentes esse natura, & de corpore agrorum Cmethonalium villæ Iedlna antehàc desertos, ad præsens verò per Incolas villæ Iedlna excultos, & conseminari solitos, ex quibus Citatus Decimam indebitè quinimò nulliter sibi usurpabat, & ad hocusq; tempus usurpat. Et quoniam Decima manipularis vigore juris specialis sub titulo Custodia Sandomiriensis ex Libris Beneficiorum Ecclesiæ Cathedralis, & Collegiatarum Diœcesis Cracoviensis desumpti ex universis agris Cmethonum, & Colonorum

villæ

villæ Jedlna Custodia debetur, proinde re-
producto eodem jure Speciali, ac inhæren-
do eidem, necnon: prætactæ Inquisitioni,
Testium juratoriæ ac revisioni, Citatum
ab usurpatione prætactæ Decimæ amo-
veri, ad restitutionem nulliter & indebitè
ex prætactis agris interceptæ idq; medio
corporali juramento per Citatum in Offi-
cio Judicii præsentis præstando stringi,
& ne amplius ex aliis agris naturâ Cine-
thonalibus ad præsens desertis & per In-
colas præfatæ villæ Jedlna excolendis
usurpare audeat, eidem verò sub pœnis
inhiberi, in damnisq & litis expensis con-
demnari petiit. Præsente Nobili Paulo
Głowacki Admodùm Reverendi Casimi-
ri Słowicki, Ecclesiæ Parochialis in Jedlna
Curati Citati Procuratore, salvisq. dicta &
atæ Sandomirien. Principalium Actorum Procurator,
In termino hodierno ex Citatione debite executa proue
nien. Contumaciam Illris et Adm. Rndi Iacobi Potocki,
memoratæ Collegiatæ Sandomirien. Custodis, ad docen
dum se paruisse Submissioni Suæ de Vindicanda pen:
sione annuali, in quota Centum Viginti Flor: intuitu:
Sestæ partis, ab anno Millesimo Sexcentesimo Nonage:
simo tertio usq. ad Annum Millesimum Septingente:
simum Vndecimum, per Illustrissimum et Reuerendis:
simum Dnum Theodorum Potocki Episcopum Varmi
ensem retentæ Summam Duorum Millium Quadrin:
gentorum Floren. efficientem tum de repetenda Summa
Quingentorum Tinfonum in litrum Exercitui Suetico pro
Persona Eiusd. Illustrissimi Sui Antecedanei, ex massa
Ecclesiæ erogata, item de Soluenda Summa Semiduorum
Millium intuitu Anni gratiæ in Actis Capitularibus
Sponte factæ, Citati ex aduerso Principalis, accusauit, et
in eius contumaciam, productis Submissionibus Supra:
scripti Citati in Capitulo partiali Sæpefatæ Ecclesiæ Colle:
giatæ Sandomirien. Prima Sub d. 4ta Nouembris An

no

54

no Dni 1711mo Secunda Sub die Nona Septembris
Anno 1712mo datis, easdem Authoritate Ordinaria
approbari, et mandatum executiuum ad effectu paritio:
nis huiusmodi Submissionibus in forma Solita decerni,
et extradi mandari, debita cum instantia postulauit. Illu:
strissimus et Reuerendissimus Dnus Episcopus Supra
memoratus, Visa Citatione legitime ut apparebat executa,
et attentâ cadentiâ termini, ex eadem in diem hodiernam
incidens, ante Omnia Citatum diutius ultra horam
Audientiae expectatt et non comparens contumacem
reputauit, et in Eius contumaciam Visis Submissio:
nibus per Eundem Citatum capitulariter datis, in Iudicio
Suo perlectis, easdem Authoritate Ordinaria approba:
uit et ad effectum Paritionis, hmoi Submissionibus,
Terminum duorum mensium ab intimatione praesen:
tis Decreti, personaliter, Seu in quantum Citatus irrepe:
ribilis fuerit, per Dimissionem Copiarum ad manus
Administratoris Bonorum Custodiae in Possessione Cita:
ti existens facienda, computans praefixit et assignauit.
et in defectu paritionis intra Supra praefixum terminum,
Sequestrum eorundem Bonorum, ad Custodiam Citati Spe:
ctans extendit, ac quatenus idem Sequestrum Venerabi:
les Capituli per Deputatos de medio Capituli, usque ad
extenuationem Summarum in Submissionibus conten:
tarum, exequatur, Statuit et decreuit. Decreto Suo ad prae
missa mediante. Praesente Perillustri et Adm Rndo
Guilchelmo Robertson J. V. Doctore Posnaniens Scho:
lastico Kielcensi in Cerekiew et Okulice, et me Io:
anne Siwert J. V. Doctore Kielcensi, Canoni

eis

cis in Kunow Curatis Actorum Curiae Suae Illustrissimae Celsitudinis Notario.

Ex Protocollo Actorum Curiae Episcopalis Extractum et Sigillo Illustrissimi et Reuerendissimi Dni Episcopi Cracouiensis Supramemorati Communitum.

Joannes Sivertt WD actorum Curiae Suae Illmae Celsdis Notarius

Collationauit Gorzkiewicz Nrus Publicus Dmpp

55

20 Febr. Rubr. 1710

Decretum contra Perillrm Custodem Potocki Sequestr

Nro 24 1.9

Anno quo intro die vero Sexta Mensis Maij personaliter accedendo Perillrem Jacobum Potocki Custodem Algtis Sandomiriensis ipsi copias praesentis Decreti ad manus proprias reddidi Authenticum exhibui et praesentavi Ipsumque de praestanda Satisfactione eidem Decreto requisivi Terminum intra praefixum Ipsi assignavi Et alia quae intro mandantur Executus sum. Acta haec sunt in Villa Swierze Ejusdem Custodiae Pstimoniali circiter octodecem milliaribus a Sandomiria distante. De quo fidem facio

Gaspar Jurasiewicz
Vicarius Sobotcensis
m.p.

Perillustres et Reverendissimi Dni Fratres Observandissimi

1. IX. 1715.

Potocki Teodor bp. Warmiński.

Pisze do Mnie cum sensu doloris Jmć Xiądz Custosz Sendomirski, Confrater Wmm Panow. a Synowiec Moy. Ze pretensyą osobę moię concernentem, ktora do mnie directe należała, na niego imponitis y zeby On to płacił co ia powinienemby iezeli convincar. Zaczym Upraszam Wmm Panow, iako memor dignissimi Consortij Jch, abyscie interposita aliqua z Synowcem Moim swoiey pretensyi Executione mnie docere raczyli, tak de qualitate iako qvantitate debiti. Będę sobie miał za honor y szczęscie nietylko oddać com winien ale y przyłozyc ob memoriam et obligationem ktorą powinienem ex qvo inventus eram

56

quondam dignus bydz między WmmPany.
w czym y do Xięcia Jmci Biskupa Krakowskie
go Mego WmmPana piszę y WmmPanow u-
pewniam że neq negabo neq protraham satis-
factionem kiedy o niey exacte edocebor, et covic-
tus ero. Nie wątpię tedy po affekcie y dobroci
Ich, że mi te modicum tempus dacie y Jmci Xię
dza Synowca Mego ab hac impetitione uwolni-
cie. Jako to będzie dowod diskrecyi et aequani-
mitatis WmmPanow, tak na mnie wiecz-
ny obowiązek ustawicznego szczycenia się Zem
iest.

Perillum et Rdmarum Dnum Vrarum
affectionatissimus frater
et ad quaevis officia paratus
Theodorus Potocki
Episcopus Varm. et Sam.

w Warszawie d. 2 7bris
1715

Productum in Gnali Caplo
d. 10 7bris 1715. Ao

Cun. 21. VI. 1717

Anno Dñi Millesimo Septingentesimo Decimo Septimo. Die Lunæ Vigesima Prima Men̄ Junij.

Capitulum Partiale

Præsidente Perillustri Dominico Lochman Decano. Præsens Illribus Joanne Kalisz Valentino Piotrowicz Josepho Sulkowski Canonicis.

Ratione Summarum intuitu Lytri pro Suecis Anni Gratiæ Sextarum Partium, Missalium, per Illustrissimum Potocki Episcopum ad Præsens Varmien̄ ac Reverendmum Jacobum Potocki Custodem Sandomir̄ retentarum & Vbli Capto Sandomir̄ solvi debitarum Salvo per omnia sequestro iam alias mediantibus Decretis, tam Illrmi Dñi Locior: dinarij quam Capitulari extenso, ejusq rigore pleno in robore reservato, ex certis rationibus animum suum permoventibus Vble Capitulum facultatem plenariam Illustri Joanni Kalisz Canonico Sandomirien̄ Præposito Wlostow̄ dandam & concedendam esse ratione ejusmodi debiti, cum quo de Jure transigendi complanandi easdemq Summas prævio moderamine liquidatas recipiendi, & de ejsdem receptis plenariè quietandi, Venerabile Capitulum censuit, prout dat & concedit. Salvo &c.

Ex Actis Venerabilis Capituli Ecclesiæ Insignis Collta Sandomirien̄ extractt & Sigillo Communitt.

Jacobus Orzechowski Can̄cus Sandomirien̄ et V. Capituli Secretarius mpa

57

1717

G. le Capitul Plenipotent
vne Lytri debiti Sequi
strati Custo. Compendi

Nro 27 1.9

Custodie 11. 29. VII. 1717

Copia Complanationis inter Celmum Dnum Varmiensem olim Custodem et Illmum Admodum Dnum Joannem Skalisz Ecclesiae Sandomiriensis Sequestratorem Bonorum Custodiae a V. Cplo Deputatum Ego infrascriptus Plenipotentiarius V. Cplo Insignis Collegii Sandomiriensis ad Bona Custodiae ratione praetensionum et Summarum debitarum, tam per Celmum Dnum Theodorum Potocki Episcopum ad praesens Varmiensem et Sambiensem olim Custodem Sandomiriensem ac Rndmum Jacobum Potocki actualem Custodem Sandomiriensem retentarum destinatus, vigore mihi facultatis a V. Cplo datae respiciendo calamitates temporum et tenuitatem praefatae Custodiae proventuum, easdem praetensiones liquidatas per hanc complanationem moderari. Scilicet omnes praetensiones ab Anno 1695 ad Annum 1716 inclusive, tam ad Suprannatum Celmum Dnum olim Custodem quam ad actualem Professorem spectantes et pertinentes, rne Lytri pro Svecis, Sextarum partium annorum gratis Missalium, Sopiendo et finaliter determinando intuitu cujus moderationis Celmus Dnus in Satisfactionem praefatarum praetensionum, tam pro se quam pro Rndmo Custode Nepotesico ducentos in specie aureos taliter exolvit, uti quidem in praesenti realiter ad manus meas centum in specie aureos recepio ab eodem Celmo Dne de quibus eundem receptis quieto, alios vero centum aureos in specie

pro festo SS. Trium Regum anno proxime
venturo 1718 justa secursivam obligationem est exo
luturus. Quod ut taliter per me vigore meae plenipo
tentiae transactum conclusum et integre confectum
fateor. Et in jure fidem propriam manum appono
Brunsbergae Die 29 Julij 1717mo

Joannes Francus Halisz
Canonicus Sandomiriensis ad Commissa
Deputatus mp

Copia Hortie
i Compromissi

Nro 29 19

Copia Scriptu danego J W J L Biskupa Warmińskiego. Vel Capto Sandomiriensi 29. VII. 1717

Ja niżey podpisany znam tym Skryptem moim iż według Komplanacyey z WJEm. Xiędzem Janem Kaliszem Kanoniskiem Sandomirskim Plenipotentem Venerabilis Capituli Sandomiriensis uczynioney ratione pretensionum ejusdem Capti ad bona illius Collegiatae habitarum ad Complementum exsolutionis Summae, zostaię ieszcze winien Venerabili Capto Sandomirs. Sto czerwonych złotych in Specie, ktore naydaley na trzy krok in Anno proxime Venturo 1718 wypłacić w Sandomirzu Verbo Episcopali deklaruię, po ktorey wyliczeniu Summy, powinien będę bydź kwitowanym a Venerab. Capto Sandomirs. z wszelkich generaliter pretensyi tak do mnie iako y do JEMci Xiędza Kustosza Sandomirs. Synowca mego aktualnego possessora usq. ad Annum 1716 inclusive mianych. In quorum fidem ręką moią własną podpisuię &c.

w Brozberku Die 29 July Ano 1717

Teodor Potocki Biskup Kamieniecki et Sanctae Satisfactio ut Sonat Quaestio L. S.

in Actis

59

Custodiae
Fascicalus
2dus
Erectioni, Statu Esiae
In Sicerie cu Inventa-
rio, Literas Cridae
et alias missivas Ple-
nipotentias, Manda-
tum, Decretu Decimae
in Sionsbiae de Seque-
strum Custodiae vne
lytri anni quae Missa
tus de n. Solutar. et
alia hac in re Ju Com-
positione et quietaonem
Continens
a Nro 14 ad 29
Sub litera J. differen-
tiali ab aliis aliorum
fundorum Munimentis

Copia Compuzy
cyr cu Custode
vne litrae

Nro 29 19

Perillustres et Reuerendissimi Domini
Fratres Obseruandissimi.

29. VII. 1717

Cæs.

Acceptâ certiore Notitiâ de rigorosa Sententia fel=
sissimi Principis Cracouiensis, contra Perillum Nepotem
meum Custodem Confratrem Perillrium DD. Vestrarum, ex
ratione certarum pretensionum Orbis Capituli tàm ad
Personam meam, quam ad Eundem habitarum, Lata, non
postremè afflixit cor meum. Hoc nihilominùs attento, lu=
benti animo ad velociorem earundem pretensionum Satisfa=
ctionem à Me præstandam, cum Perillri D. Latisz Plenipoten=
tiario Confratre Perillrium DD. Vrarum, vigore Sui Plenipoten=
tiæ, Amicabilem initui compositionem, ac prænumerauí eidem
hic et nunc adinterim secundum possibilitatem propter tan=
tas Belli injurias, temporum Calamitates præsentes, tantum
quantum potui, Centum Aureos in Specie, cum expressa Mea
obligatione reliquorum Centum Aureorum pro festo Primum Regis
ist Anno proximè futuro per Me inferendorum. Hocirca non
diffido de singulari Perillrium DD. Vrarum affectu, quo taliter
terminatam Vram complanationem acceptare, meq; ulteriori
bg prosequi dignabuntur benevolentiæ significationibg. De reciproca
vero Perillres DD. Vras erga Orbe Capitulum et Ecclesiam Illig, con=
stantis affectus Mei contestatione minimè dubitare nolim, quâ
profitetur, quòd Sim Perillustrium et Reuerendissimarum DD. Vrarum

Brunsbergæ d. 29. July. 1717.

affectionatissimus Frater
et ad quævis officia paratus
Theodorus Potocki
Epūs Varmiensis

60

Fil. 82 [illegible]

Nro 28 19

Andreas Stanislaus Kostka in Załuskie Załuski Dei et Aplicæ Sedis Gratia Eppus Crac Dux Severiæ

11. VII. 1757

Reverendis Venerabilibus Honorandisq Viris Vicariis Ecclesiarum quarumvis Cæterisq Presbyteris quibusvis Clericis, Scholarum Rectoribus, Ecclesiarum ministris, aliisq legitimis Executoribus tenore præsen requiren salutem in Domino. Mandamus Vobis in virtute Sæ Obedientiæ et sub Excois pœna quatenus ad instantiam Illmi et Rmi Vladislai Lubienski Supremi Regni Notarii, Abbatis Paradisiensis, Decani Gnesnen Scholastici Crac. uti Custodis Sandomirien, personaliter accedendo Adm Rndum Andream Piasecki, Parochum Głowaczevien, Bonorum Villæ Lipa, quovis juris titulo Possessorem, ipsum authoritate Nra ordinaria moneatis, et requiratis, quem etiam Nos præsen monemus et requirimus, ut intra 18 dies Nram hujusmodi monitionem, proximè et immediatè sequen, quorum ipsi sex pro primo, sex pro secundo et reliquos sex pro tertio ac peremptorio termino, trina Canon monitione præfigimus et assignamus, valorem Decimæ Manipularis, omnis grani et seminis, ex Agris et aratoris Cmethonalibus, dictæ Villæ Lipa desertis ac pro Prædio ejusq Villæ conversis, et conseminari solitis, provenien ad Actorem Ipsius Custodiam Sandomirien spectantis et pertinen Anno proximè præterito 1756 maturatæ et eidem non extraditæ in Conrio Radomien prævio corporali juramento liquidet, eundemq valorem per se liquidatum dicto Actori solvat et numeret, ac Decreto Judicii Curiæ Nræ ex partium controversiis die hodierna lato pareat realiter et in effectu. Alioquin sinsecus fecerit, et huic Nræ monitioni contumaciter parere neglexerit, extunc Nos ipsum prout exnunc et econtra lapsô suppto 18 dierum spatio ab intimatione præsen computando Christi Nomine invocato excommunicamus, quem etiam Vos Executt suppti sic ut præmittitur per Nos excommunicatum Vestris in Ecclesiis singulis diebus Dominicis et Festis coram Populo ad Divina audienda congregato publicè ex Ambona vel per affixionem copiarum præsen valvis Ecclesiarum Majoribus denuntietis, publicariq et denuntiari curetis, præmissa tamdiu exequendo, donec aliud a Nobis habueritis in mandatis. In quorum fidem &c. Datum Kielciis Die Lunæ XXma Mensis Julii Annô Dni 1757mo

Nostro sub Sigillo

Petrus Josephus Fahl U. S. D. Curiæ Suæ Illmæ Celsitud Actuarius

62

Anno Dñi 1757 Die vero
27. Julij Ego Antonius Ko-
rtowski Organarius Ecclesiæ
Parochialis Swierzevienſis red-
didi hoc Instrumentum Seu
Citationem Perillustri et Adm
Rndo Andreæ Piaseckj Ar-
posito Glowaczevienſi horâ
pomeridianâ in Domo ac Resi-
dentia Ipsius, Originale Seu
Authenticum monstravi ac
eâ intro scripta fideliter
executus Sum de quo fidem
facio Idem qui Supra

Anno Domini Millesimô Septingentesimô Quinquagesimô Septimô
Die vero Luna undecimâ Mensis Julij. Pielejs.

Mons. Lubinski, contra Rdum Andream Piaseski Parochum
in Glowaczow. ratione Decimæ Manipulorij post segetes, ac
stramales villæ Lipa in præd. Parochiâ Landomi
sitorum spectantes. et quas per eundem Rdum detatum Dem
tunia pro Parochiâ illustr. pro anno Julij 1752, 53, et 54.

11. VII. 1757

Coram Judicio Curiæ Illmi et Revmi Domini Andreæ Stanislai Sza
ptka in Zelazowie Latuski D.G. et Aplicæ Sedis Gratiâ Epi
scopi Cracovien. Ducis &c. Sedente in publica Causarum audi
entia comparens personaliter Nob. Joannes Nepomucenus
Widera Illmi et Revmi Vladislai Lubien. ski Supremi Regni
Notarij Sobotæ Parochiensis Decani Gnesnensis, Scholast.
et Canonici Sandomirien. uti Curatelæ Sandomirien. Principalis Actoris Do
curator in termino Responsi ex Actis et cum evocatione illius
sub die Lunæ roma. Mensis Junij A.o curren. judicialiter facta
et commissa proveniente Actis faciendo Decreto Judicij pro jus
in termino anteriori, in causa occasione usurpationis annis quin
que per Citatum in præscriptum Decimæ manipulatis omnis gra
ni et semmis ex agris Parochialibus villæ Lipa Deser
tis, ac pro Prædiis ejusdem villæ in ipsis fundato convertis et su
seminari solitis provenientis ac Illmum Actorem ipsius Ec
clesiam Sandomirien. de jure specialis et antiqua Dotatione
spectan. et pertinen. tale, Mandatum Procure. seu Literas Attor
ivas sui Illmi Principalis ad se Procuratorem, ut sui juris Dei
Causam prosequeretur, et Decretum ferri peteret de Data Varsaviæ
Die 29. Junij directas exhibuit. Exipiendo eos adversus asertas
quetationes per Citatum in termino anteriori productas, et qui
dem imam. Gnosi Jonatij Laranek dictæ Decimæ Jenutarij de
quasi percepta ab Citato in præscripto sui juris modo Decimâ Annis
1752. 1753. et 1754. maturata eundem nullam fidem mereri posse,
utpote eo, quod idem Gnosus Laranek in Literalias expensas et
pretensiones ex remota pendentes Gnosi Drobczyński Bono
rum sui Illmi Principalis Commissario in scriptis exhibitas,
nec non, quod de villa Lipa pro iisdem tribus annis Decimam
non percepcrit, pro uno quod Anno aureos Decem pro ipsa pre
tendendo, item quod Citatus ex agris desertis, sexagenas Ga
as Silicinias et totidem avenæ Talerios aureorum trium noctur
no tempore ipsi intercepcrit, porcavit, quarum bonificatio ipsi
per eundem Gnosum Commissarium subsecuta, quod probando &c.

prætensiones Actt.

gestum hujusmodi pretensionum et expensarum, ac libra- [illegible]
dicti Presbyteri Comini varij ac de Procuratorem directas produxit, hu-
§ ex eo quod eadem a dicta quietatio-manu Citati fuerit scripta, nec
manu dicti Presbyteri Zarnecki, siquidem alia manus in producto Re-
gestro pretensionum apparet subscripta. Jam vero contra pretac-
tum Generosorum Joannis Borkowski Arrendatoris et Matthei
Zaniewski Suburendatoris quasi decessa Citatoris agros Prædi-
alibus villæ Lipa ex ratione ac si dimissa ipsi vivo ipsis resi-
dentia pascuorum et sorti Decima documentum idem pariter
uti similiter manu Citati scriptum ac subscriptum, et duntaxat
signis crucis binis ad cognomina ipsorum, ut præsumitur per
ipsummet Citatum appositis, siquidem nullis testis in præsen-
tia, cujus hæc signa, quasi posuerunt se subscripsit, præterea
ipse contestus, licet duo quasi signa crucis apposuerint, in
singulari loquitur, in verbis = Do hanc quietationem Jam=
Signum crucis pono = nullam, posse mereri attentionem di-
xit. Quantum denique ad nudam allegationem Citati quod ves-
trorum dicta Villæ Lipa ab e collectionem matuandarum se-
getum ab proximè præterito 1756. Magnus Piasecki Subda-
pifer Conventi Citati Frater Aurea et Posse[illegible] extiterit, qui
nam nec contractum Resignationis, nec Donationem hu-
jusmodi Bonorum exhibet, quinimo allegata sua nudo do-
cumento justificat, sed volis Dijugiis et longevexationibus
in meram protelationem justitiæ allaborat. Idcirco inhærendo jur-
specialq; tam ex Libris Beneficiorum quam Retaxationis Be-
neficiorum Ecclæ Cathedr. Cathanum Diœcesis præfat. Citatq; sub
Titulo = Custodia Sandominien = per partitas desumpto in
terminis anterioribus producto Citato communicato et ad pra-
sens reproducto tum Possessionis immemorabilis ac per ipsum-
met Citatum in termino tentionis agnitæ; eo etiam attento quod
ex dicto Libro Beneficiorum nullum prædium in Villa Lipa
sed solum Lanceas Methonales extitisse constat, ac per hoc
hujusmodi Decima in manipulo extradetur, et Liber
Retaxationum Beneficiorum de totali Villa Lipa Decimam
Custodiæ Sandominien deberi enucleat, Citatusq; nullas excep-
tiones contra jura suo Principali ad dictam Decimam competen-
tes opposuit, nec valuum jus opponendarum sibi reservavit,
animo inhærendo supra explicatis a partis quietationi et do-
cumento nullam fidem judicialem merentibus se indebite re
spectu hujusmodi Decimæ impeti in vim exceptionis dixit pro-
jecit per partem Citatam nudè allegatis, ac reservata sua.

Illmo

Illmo Principali contra Incolas memoratæ Villæ respectu non totalis per nonnullos ex suggestu ut præsumitur Citati extraditæ Decimæ actione, Citatum ad restitutionem hujusmodi Decimæ nulliter per ipsum pro annis quinque usurpatæ in specie seu manipulis, si est integra, alias solutionem illius veri et justi valoris, medio ipsius corporali juramento liquidandi Juris remediis stringi, ratione illius illicitæ usurpationis, tergiversationis et diffugiorum puniri, ac in damnis et litis expensis suo Illmo Principali indebite, quinimo malitiose causatis per Gnosum Commissarium Bonorum liquidandis condemnari, ad præmissum effectum mandatum quodvis desuper necessarium decerni et extradi mandari Jusq et justitiam ministrari debita cum instantia postulavit. Salvo &c. omni &c. Præsen. Nob. Mathæo Kozierowski Adm Rndi Andreæ Piasecki Parochi in Głowaczow Citati ex adverso Principalis Procuratore. Salvis &c. et præmissa &c. copias allegatorum et productorum ex adverso suo Principali hinc ad primam Juris post Festum S. Bartholomæi Apostoli dari et concedi peten. Judicium Curiæ Illmi et Revmi Domini Episcopi Cracovien. Ducis Severiæ supramemorati auditis Partium controversiis et disceptationibus hinc inde judicialiter factis, visis Partitis ex Libris Beneficiorum et Retaxationum Beneficiorum Diœcesis Cracovien. sub Titulo = Custodia Sandomirien. = desumptis Authenticè productis ante omnia Decimam universorum agrorum Villæ Lipa nullis exceptis ad Actorem ipsiusq Custodiam Sandomirien. spectasse et pertinuisse spectareq et pertinere pronuntiavit, et Citato illius usurpationem sub gravioribus pœnis inhibuit et interdixit. Quantum ad Decimam Annis 1752. 1753. 1754. et 1755. maturatam ulteriorem Processum observandum et Citato copias allegatorum et productorum ex parte Actorea hinc ad primam Juris post Festum S. Bartholomæi Apostoli in Anno curren. communican. decrevit. Quantum ad Decimam Ao proximè præterito maturatam, eò attento quoniam ex parte Citati non docetur de mutatione Possessionis, quæ immediate penes Citatum fuit, ideò ipsum ad solutionem ejusmodi Decimæ medio ipsius corporali juramento

liquidandae coram V. Consistorio Radomien. condemnavit
et ad eum effectum Literas Executoriales cum termino
octodecim Dierum decrevit et relaxavit. Decreti praesen-
tis vigore ad praemissa mediante. Praesen. Illri Adm. Rndo
Josepho Chaczewski U.J.D. Canonico Kielcen. Causarum
Curiae Suae Illustrissimae Celsdinis Judice Surrogato et Mo-
sepho Zurawski Cancellariae Curiae ejusdem Regente.
Ex Protocollo Actorum Curiae Illmi et Revmi Domi-
ni Episcopi Cracovien. Ducis Severiae Suprame-
morati extractum et Sigillo Suae Illustris-
simae Celsitudinis communitum ac extraditum.

Petrus Josephus Fahl U.J.D. Curiae
Suae Illmae Celsitud. Actuarius

[illegible]

Anno Dni 1757 Die verò
27 Julij Ego Antonius Ko=
złowski Organarius Ecclesiæ
Swierzoviensis Decretum hoc
in Venerabili Consistorio Kie=
lecensi Celsissimi Illustrissimi
et Rndissimi Principis Nostri
Episcopi Cracoviensis Ducis
Severiæ latum, Perillustri
et Adm Rndo Andreæ Piasecki
Præposito Głowaczeviensi horâ
pomeridianâ produxi ac mon=
stravi in Domo ac Residentia
Ipsius Copiam Ejusdem Decre=
ti reliqui de quo fidem facio
Idem qui Supra.

4.

Anno Domini Millesimo Septingentesimo Quinquagesimo Septimo
Die vero Mercurij Septima Mensis Septembris Kielcijs

7. IX 1757

Coram Judicio Curiae Illmi et Revmi Domini Andreae Stanislai Kostka in Załuskie Załuski DEJ et Aplicae Sedis Gratia Episcopi Cracovien. Ducis Severiae in publica Causarum audientia comparens personaliter Nob. Joannes Adpomucenus Widera Illmi et Revmi Vladislai Lubienski Supremi Regni Notarij Abbatis Paridisien. Decani Gnesnen. Scholastici Cracovien. uti Custodis Sandominiensis Principalis Actoris Procurator in termino hodierno ex actis et conservatione illius sub die Lunae 11ma Mensis Julij Aº curren. judicialiter acta et connotata et ex intimatione Decreti judicij praesen. in termino anteriori prolati Citato legitime ut apparebat facta provenienti, contumaciam Adm Rndi Andreae Piasecki Parochi in Golaciow Villae Lipa Haeredis, sive quovis Juris titulo Possessoris Citati Principalis, qualenus pro Die et termino hodierno non comparentis, nec contra exceptionem in Causa occasione usurpationis per eundem Citatum ab Aº 1752do inclusive computando Decimae manipularis omnis grani et seminis ex agris et araturis Cmethonalibus dictae Villae Lipa desertis ac pro Praedio ejusdem Villae in ipsis locato conversis et conseminari solitis provenientis ad Illmum Actorem ipsiusq Custodiam Sandomirien. de Jure speciali antiqua Possessione ac vigore Decreti in termino anteriori lati spectan. et pertinen. in eodem termino anteriori oppositam replicantis accusavit, et in ejus contumaciam probando plenius intentionem suam seu exceptionem contra assertas quietationes per Citatum productas oppositam, quod videlicet Gsus Zaranek dictae Decimae Tenutarius duntaxat pro Decima ab Incolis Villae Lipa provenien. pro annis tribus Citatum quietaverit, idemq Citatus dolose procedendo in eadem quietatione per se scripta et dictum Gnosum Zaranek

65

non lecta quasi ipsum et de praedicti quietet audiendi Literas ejusdem Gnōsi Zarunek ad Gnōsum Drospczynski Borkowski Illmi Principalis Commissarium die nona Augusti Anno curren. directas. Quod vero Gnōsus Borkowski nullam quietationem Citato dederit testimonium Gnōsorum Jacobi Herbutowski et Michaelis Bilinski probavit, quibus documentis exhibitis exceptioni et instantiae in termino anteriori factae, ac Decreto in eodem termino anteriori ex Partium Controversia lato quo mediante Decimam ex universis agris dictae Villae Lipa nullis exceptis ad Illmum Actorem ipsiusq Custodiam eiusdem dominicam spectasse et spectare pronuntiatum eandemq Decimam ipsemet Citatus pro Anno proxime praeterito 1736. eiusdem dicto Commissario Bonorum actu extradidit prout Literis ejusdem Commissarij ad se Procuratorem die 15ta Augusti Anno curren. directis docetur, talitérq idem Decretum acceptavit, et se non vero alium Haeredem et Possessorem memoratae Villae Lipa agnovit inhaerendo, Citatum ad extradictionem hujusmodi Decimae pro annis 1732. 1733. 1734. 1735. retentae in natura seu in manipulis, sive ut integra, alias ad solutionem illius veri et justi valoris medio corporali Juramento per ipsum liquidandi et stringi. Et quoniam idem Citatus in citationem Judicij praesentia et meram Justitiae Actoris protelationem falsas frequentatione exhibere et alium Villae Lipa Haeredem et Possessorem ante maturatas segetes Anno proxime praeterito extitisse inaliter allegare non erubuit, ac per hujusmodi dolosa et tergiversationes injustae suum Illmum Principalem ad expendendas litis notabiles quarum lucra producitur malitiose induxit, ideo ipsum ratione hujusmodi illiciti quinimo delictuosi progressus exemplariter puniri ad refusionem Dilationalium litis expensarum obligari juxta et juxtam ministrari debita cum instantia postulavit. Judicium Quia Illmi et Revmi Domini Episcopi Cracoviensis Dubis citatione superinnotata attenta legitima cadentia termini tam ex Judiciali prosecutione et conservatione quam intimatione Decreti Judicij praesentis in diem hodiernam inidem ante omnia Citatum non comparentem nec advenisse Exceptionem insufficientiae falsi Quietationum Gnōsorum Zarunek et Borkowski Tenutariorum Decimarum de quibus agitur in termino anteriori productarum oppositam replicantem contumacem reputavit, et in ejus contumaciam atten-

tis

tis Testimonijs judicialiter exhibitis super non praestatio-
ne Decimae agrorum Villae Lipa in Praediales conversor-
um Annis 1752. 1753. 1754. et 1755. maturatae Citatum ad
solutionem hujusmodi Decimae medio ipsius corporali Ju-
ramento coram V. Consistorio Radomien. liquidandae et
in expensis litis ad floren. Polonicat. centum Quadragin-
ta duos taxatis et reductis condemnavit et ad effectum liqui-
dationis Decimae et solutionis illius ac litis expensarum
literas Executoriales cum termino 30. decem contra Citatum
decrevit et relaxavit. Decreti praesen. vigore ad praemissa
mediante. Praesen. Illri Adm. Rndo Josepho Chyczewski
U. J. D. Canonico Kielcen. Causarum Curiae Suae Illustrissimae
Celsitudinis Judice Surrogato et me Josepho
Zurawski Cancellariae Curiae ejusdem Regente.
Est Protocollo Actorum Curiae Illmi et Revmi Do-
mini Episcopi Cracovien. Ducis Severiae Supra
memorati extractum et Sigillo Suae Illustrissimae Cel-
situdinis communitum ac extraditum

Petrus Josephus Fahl U. J. D. Curiae
Suae Illmae Celsitudt Actuarius

66

30. I. 1758

Anno Domini Millesimo Septingentesimo Quinquagesimo Octavo Die vero Lunae Trigesima Mensis Januarii Varsaviae.

Pro Illrmo. et Reumo. Dno Vladislao Lubinski Nominato Archi-Eppo Leopoliene. Decano Gneznene. Scholastico Cracoviene. uti Custode Sandomiriene. Principali Citato Appellato. contra Adm Rndm Andream Piasecki Parochum Głowaczoviene. Principalem appellantem.

Coram Perillo Reumo Dno Ioanne Evangelista Stefanini Phliae Thliae et I. Uque Dre Prothonotario Aplco Curiae Illrmi ac Reumi Dni Dni Nicolai Serra Dei. et Aplcae Sedis Gratia Archi-Eppi Mitylenen. Ssmi Dni Nostri Dni Benedicti Divina Providentia Papae ejus Nominis XIV. Praelati Domestici. et Assistentis. ejusdemque et Sae Sedis Aplcae in Regno Poloniae. et Magno Ducatu Littae cum facultatibus Legati de Latere Nuntii Gnali Causarum Auditore. et Iudice. comparuit personaliter Gnosus Ioannes Nepomucenus Słominski Suprascripti Illrmi et Reumi Principalis citati appellati legitimus Procurator in Termino ex Copiis Remediorum Iuris Suo Illrmo Principali intimatis. contumaciam praeexpressi Adm Rndi Piasecki Parochi Głowaczoviene. praetensi appellantis. et Recurrentis. quatenus non comparentis. nec appellationem Suam prosequentis. causamque inscribentis accusavit. et in Ipsius talem

67

talem contumaciam. Docto in continenti de legalitate Decre
torum Curie Episcopalis Cracoviene in causa occasione
usurpationis ab annis quinque per Suprascriptum
pretensum Recurrentem Decime manipularis
omnis grani et seminis ex agris et araturis Ame-
thonalibus Ville Lipa desertis et pro predio ejus-
dem Ville in Ipsis fundato conversis et consemina-
ri solitis proveniene ad Illrmum vero Suum Princi-
palem Ipsiusque Custodiam Sandomiriene de Jure
speciali et antiqua possessione spectare et pertinere
laborum per Documenta authentica tam ex Libris Be-
neficiorum Ecclesie Cathedralis et Collegiatarum
Diecesis Cracoviene Anno 1440. quam ex Libris re-
taxationum Beneficiorum Diecesis Cracoviene in anno
1529. conscriptt. deprompta in quibus liquido con-
stat Decimam manipularem de tota et integra
Villa Lipie spectare et pertinere ad Custodiam San-
domiriene nullumque mihi Predium unquam ex-
titisse in fundamento quorum Jurium nec non
attenta immemorabili possessione et nunquam
interturbata controversa ad presens Decima
suo Illrmo Principali adjudicata est eadem Re-
media tanquam a nullo gravamine et mi solam re-
tardationem justitie exportata circumscribi De-
cretum Prime Instantie approbari causam pro
executione ad idem Judicium remitti pretensum Re-
curren

currentem in damnis et litis expensis condemnari petiit, et debita cum Instantia postulavit, Salvo &c. omni &c.

Praesente Gnoso Josepho Flosierowicz Suprascripti Illris Adm Rndi Andreae Piaseckii Parochi Glovaczoviensis Bonorum Villae Lipa antecedanei Possessoris Principalis appellantis, et Recurrentis legitimo Procuratore Salvis &c et protestando &c. Quandoquidem ex actis Judicii Primae Instantiae ad praesens judicialiter exhibitis clarum esse primo quod dictus Suus Principalis sibi Jus ad Decimas Praediales ex dicta Villa Lipa vi Juris communis tanquam Sacramentales competere justificaverit Illud nihilominus Judicium à Quo dictam Decimam ex universis agris ejusdem Villae Lipa absque distinctione decimarum Praedialium ad Custodiam Sandomiriensem Spectare debere declaravit. In ulteriori demum ejusdem Causae tractu quamvis dictus Principalis quietantias authenticas de persolita eadem ex agris Chmethonalibus dictae Villae Lipa Decima produxerit, et se ab impetitione Illrmi Citati liberari postulaverit. Illud nihilominus Judicium à Quo rejectis ejusmodi quietantiis, iisdemque pro irregularibus agnitis satisfactionem pro praefatis Decimis Sufficientius probare demandavit, taliterque Suum Principalem ad impossibile obligavit, pro Secundo licet memoratus Suus Principalis in continuatione Processus ejusdem Causae se ad persolutionem dictae Decimae pro Anno 1756. minime teneri ex eo quod jam desierit esse Possessor dictae Villae Lipa justificaverit, illud nihilominus Judicium à Quo eundem Suum Principalem ad

persolutionem

persolutionem ejusdem Decimæ nulliter adstrinxit, ad extremum postquam dictus Illrimus Citatus prærecensitum Suum Principalem ad in eundam complanationem amicabilem vocaverit, stanteque ejusmodi tractu complanationis idem Suus Principalis in bona fide constitutus ulteriorem Causæ prosecutionem deseruit. Illud idem Judicium Primæ Instantiæ in executione anteriorum Decretorum Suorum Censuras mandati executivi contra Ipsum in contumaciam extendit, et in litis expensis eundem ad Notabilem Summam solvendis condemnavit, taliterque multifaria gravamina eidem Suo Principali intulit, Idcirco constito de ejusmodi gravaminibus appellationem à Decreto Judicii à Quo admitti, Jurisdictionem fundari, et ad ulteriora pro prima Juris procedi mandari postulante Salvo &c. omni &c.

Qui Reumus Dnus Aud.r Gnalis &c. Sedens &c. Auditis &c. Causam præsentem remisit ad Judicium Primæ Instantiæ, ut in eadem audito Recurrente in Suis allegationibus et defensis procedat etiam in contumaciam partis, prout de Jure intra terminum quindecem dierum ab intimatione præsentis Decreti. Et ita &c.

Ex Prothocollo actorum S.æ Nuntiaturæ Aplicæ extractt. et Sigillo Illrmi ac Reumi Dni Dni Nicolai Serra Archi: Eppi Mitylenene et Nuntii Aplci in Regno Poloniæ et Magno Ducatu Litt.æ communitt.

Petrus Jastrzemski Publicus S.ta Austriæ Aplica Notarius Nuntiat.æ Apl.cæ in Regno Poloniæ Cancellarius

Anno Dni 1758. Die 25. Februarij
Ego Antonius Kozłowski Organarius Ecclesiæ Swierzobiensis Decretum hoc S.æ Nuntiaturæ Apostolicæ Adm Rndo Andreæ Piasecki Præposito in Głowaczow produxi ac intimavi Copiam Hujus Decreti ad manus Ejus reddidi de quo fidem facio Idem ut Supra

Annô Domini Millesimô Septingentesimô Quinquagesimô Octavô Die verò Veneris decimâ Mensis Martii Kielcijs

Custodia 10. III 1758

Coram Judicio Curiæ Illmi et Rmi Domini Andreæ Stanislai Kostka in Załuskie Załuski DEI, et Aplicæ sedis Gratiâ Episcopi Cracovien. Ducis Severiæ in publica Causarum audientia comparens personaliter Nob. Joannes Nepomucenus Widera Illmi et Rmi Vladislai Lubinski Nominati Archi Episcopi Leopolien. Supremi Regni Notarij Abbatis Paradisien. Decani Gnesnen. Scholastici Cracovien. uti Custodis Sandomirien. Principalis Actoris Procurator, in termino hodierno ex intimatione Decreti Sacri Tribunalis Nuntiaturæ Aplicæ die Lunæ 30. Mensi Januarij annô curren. remissionis causæ infrascriptæ ad Judicium præsens Varsaviæ lati, tum de consensu Citati infrascripti provenienti, productis Decretis Judicij præsentis Xmô die Lunæ XIImâ Mensis Julij, alterô die Mercurij 7mâ Mensis 7bris annô proximè præterito 1757. in causa occasione usurpationis per Citatum Decimæ Manipularis omnis grani et seminis exagris et araturis Cmethonalibus Villæ Lipa pro prædio in ijsdem locato conversis et conseminari solitis provenien. ad Illmum Actorem ipsiusq. Custodiam Sandomirien. de Jure speciali et antiqua possessione spectantis et pertinentis latis, Contumaciam Citati quatenus allegata et assertas defensas suas, in dicto Decreto S. Tribunalis Nuntiaturæ Aplicæ mentionatas non justificantis, seu aliàs quod nondum per supraadducta Decreta Judicij præsen. fuerint elisæ non deducentis accusavit et in ejus contumaciam præmissa solenni contra eundem de falso in S. Tribunali Nuntiaturæ Aplicæ allegatis protestatione, standum esse ijsdem Decretis pronuntiari, eadem debitæ Executioni demandari, seu Literas Executoriales

69

jam alias ad effectum paritionis ipsorum effectuari, Literas effectuationis decerni et extradi mandari, dictum Citatum in Novis expensis litis tam in S. Tribunali Nrae Aplicae quam Judicio praesenti causatis quarum listam produxit et quatenus causandis condemnari petijt. Et quoniam idem Citatus parendo Decreto Judicij praes. die Lunae 11mâ Mensis Julij ex serijs controversijs lato, licet Decimam de agitur tam anno 1736. quam 1737. maturatam Actu suo Illmo Srpali ex[illegible]derit, taliterq idem Decretum acceptaverit, nihilominus contraveniendo ipso granum stramen et paleas extriturata, Operarijs Illmi Actoris triturâ hujusmodi Decimae annô 1737. negatâ in parte maturatae, iterum malitiose detinuit, Remedia Juris ab eodem Decreto ex dicto S. Tribunali Nuntiaturae Aplicae nulliter exportavit, proinde ipsum ratione contraventionis, memorato Decreto ipsi intimato ac inhibitioni in eo appositae puniri, ad restitutionem ejusmodi Decimae cum poena dupli compelli ac in damnis et litis expensis hac de causa causatis condemnari, ad praemissum effectum Literas Executoriales decerni, Jusq et justitiam ministrari debita cum Instantia postulavit. In praesentia Adm. Rndi Andreae Piasecki Parochi in Oppido Głowaczow Citati ex adverso Srpalis salvis &c. et praemissa &c. Insistendoq praefato Decreto S. Tribunalis Nuntiaturae Aplicae, inter suprascriptum Actorem Illustrissimum ex una, et se Citatum parte ab altera annô currenti Die vero Lunae 30 Mensis Januarij Varsaviae lato, quo mediante causa praesens, ut in eadem audito se Citato in suis exceptionibus et defensis procedatur, ad Judicium praesens est remissa; Quoniam idem Citatus à Suppto Illmo Actore in causa praesenti ratione praetensae usurpationis Decimae ex agris duntaxat Cmethonalibus Villae Lipa per se Citatum antehac possessae pro praedio ejusdem villae conversis, provenientis, ad Custodiam Suppti Actoris Sandomirien. percipi solitae, non autem praedialibus ejusdem dictae Villae Lipa ab antiquissimo immemorabili tempore, originaliter in praediales agros constitutis, ad Ecclesiam sui Citati Parhlem Głowaczovien. nimis modicos, tenuesq proventus, pro honesta sui Rectoris sustentatione, alijsq suis exigentijs non sufficientes habentem, seq Citatum Jure communi intuitu administrationis Parhlis. c. statuto § ubi in 6. et c. Cum contingat extr. de Decimis antiquissima aliquot centenaria, memoriam hominum excedente, pacifica, conti

et

et immediata possessione spectantis aé pertinentis, et nunquam quandoquam per Il
lmum Actorem et Antecedaneos ejus Custodes Sandomirien. possessæ: ad Judicium præ
sens sit conuentus, siquidem autem idemmet Citatus pro dicta Decima stante possessione
sui Citati præfatæ villæ Lipa ex memoratis agris Cmethonalibus pro prædio ejusdem
villæ Lipa, cultis et seminatis provenienti, Tenutarijs Decimarum ad Custodiam Acto
ris Sandomirien. percipi solitarum Possessoribus, pro prætensis annis quatuor, utpo
te Gnoso Ignatio Zaranek pro annis 1752 tum 1753. et 1754, tum Gnoso Bor
kowski á Gnoso Matthæo Laniewski Subarendatario pro anno 1755to congruam
satisfactionem, juxta conventionem cum eisdem factam, plenarié præstiterit, super
qua facta præstatione quoniam Quietationes Literatoriæ a se Citato coram Judicio præ
senti, anterius productæ, quæ et ad præsens reproducuntur acsi irreales esse, a parte Ac
toris arguuntur, ideo se Citatum, tam realitatem utriusq. dictæ Quietationis, de cessen
su et acceptatione præexpressorum Gnosorum Zaranek et Borkowski scriptæ, manibusq.
nempe præfati Gnosi Zaranek subscriptæ ac præfati Gnosi Borkowski respective si
gno Crucis, eorum proprijs, qualificatæ, quam et realitatem pro prætensa Decima ex agris
Cmethonalibus, favore prædij sui Citati seminatis, pro præallegatis quatuor annis
provenienti, dictis Gnosis Zaranek et Borkowski juxta conventionem cum eisdem
factam, plenariæ per se Citatum præstitæ satisfactionis, Juramento corporali paratum
in continenti comprobare offerentis, ad idemq. Juramentum se Citatum admitti; Justifi
cando deniq. quod idem Citatus præfatæ villæ Lipa Anno 1756 idq. præcedenter ante col
lectionem maturandarum segetum desierit esse Possessor, per consequens ratione præ
tensæ Decimæ eodem dicto Annô 1756 provenientis, incompetenter ac illegitimè a Supp.to
Actore fuerit conventus, cessionem per se Citatum præfatæ villæ Lipa bonorumq. et
Jurium quorumvis ejus, coram Officio et Actis Capitanealibus Cernensibus, Sabbathô
post Festum S. Jacobi Apostoli proximo Annô 1756. in personam Mgci Ignatij
Pierzchała Piasecki Dapiferi Ovrucensis Fratris sui ac Successorum ejus factam, suo
in probanti Authentico producentis; Aé proinde stantibus attentisq. præmissis, modera
tisq. Judicij præsentis, utpote sub Die Lunæ XImâ Mensis Julij et die Mercurij 7mâ
Mensis 7bris Anno proxime præterito 1757mo, ea in Causa ad sinistra ex parte A
ctoris allegata et quædam producta, contra se Citatum gravaminosé aé indebité

70

latis Decretis, se citatum à prætensa Decima ex memoratis agris Grethonalibus
prædictæ Villæ Lipa pro prædio sui Citati seminatis, pro prædictis quatuor an
nis, uti jam alias ut præfertur, per se citatum satisfacta, pro anno autem præcedenti
1756 maturata, uti jam non ad se citatum extra possessionem prædictæ villæ Lipa
existentem, sed ad præfatum Magnum Ignatium Giasecki Fratrem suum se re
lanti, nec non ab ulteriori Actoris impetitione, liberum pronunciari, Actorem seu
verius Gregorium Dropczynski Bonorum Suppti Actoris Commissarium, ad resti
tutionem siliginis sexagenarum quatuor et Manipulorum viginti ac avenæ
sexagenæ unius et manipulorum Quadraginta duorum tum literatorie ac si de
superadditis reliquis prætensis frumentis sue Citati submissionis eidem Dñi
Gregorio Dropczynski per se citatum, ac si ad effectum paritionis Decreto Judicij præ
sentis sub die Lunæ 11mâ Mensis Julij Anno proxime præterito contra se Citatum
gravaminose lati, in vim prætensæ Decimæ pro anno præcedenti 1756 provenientis
non libenter uerum Censuris Excommunicationis sibi citato intimatis ab eisdem
Censuris se saluantem coactè ex proprio sui Citati horreo datorum, sibi citato in toto
